14 autoritatum. ¶†Fallit.vj.hec regula qñ rescriptū est geminatum p scdam iussionē:q; tūc talis scda iussio hz vim cl'e nō ob.ita decidit Jo.an.in.c.porrecta.de ꝫfir.vti.vel inuti. ⁊ sequunt ibi oēs dū dicit Jo.an.q̄ si emanat scda iussio dr papa scribere ex certa scīa.alle.tex.in auk.de mandatis p̄incipum.ℊ.deinde.⁊ in.ℊ.et hoc p̄o iubem⁹.in auk.vt nulli iudicum.Et segt Alex.in.l.iij.in p̄in.ff.qđ quisq; iur. ¶Et sic not.q̄ suspicio subreptionis vel falsitatis q̄ est in p̄mo rescripto nō hñte cl'am nō ob.vel eqpollente purgat p supuenientiā scdi rescripti.Et q̄ scda iussio habeat vim clausule nō ob.tz But.in.c.j.in.iij.col.ver.saluari pōt dictū legista rū.ē.e.q̄ in ecclesiarū.pe.co.ver.qñq; est dubiū.de cōsti.vbi eqparat ista duo vel qđ ponat in rescripto clausula nō obstā.vel q̄ emanet scda iussio. Idē no.Hic.mi.in reper.i ꝛbo p̄iuilegiū.ℊ.p̄iuilegiū ꝫ ius.in fi.Ad idē gl.in.c.j.in verbo noscat.de consti.in.vj.⁊ gl.j.i.c.rescripta.xxv.q.ij.⁊ gl.j.i.l. nec dānosa.C.de preci.impe.offe.que dicunt q̄ vbi non constat de certa sciētia debet expectari secunda iussio habens vim clausule ex certa scia.bene facit tex.in.c.si qñ.ē.eo.⁊ ibi de hoc dixi ad fi.⁊ tetigi an sit verum q̄ geminatio rescripti habeat vim clausule motu p̄prio.put voluit bal.in.d. l.nec damnosa.imo dixerūt aliq̄ vt refert Ly.in.l.fi.in.iij.q. C.si ꝫ ius vel vti.pub.q̄ semper dz expectari scda iussio:q; dato qđ dicat in p̄imis lr̄is non ob.l.inhilomin⁹ rescriptū ꝫ ius p̄esumit falsum:q; falsator rescripti sicut alia posuit ita potuit opponere clausulā nō ob.tū ista opi.cōiter nō tenetur vt dicit etiā But.in.c.j.in.v.col.ē.eo. ¶Pro quo cōsidera:q; fm istā rōnē sequeret aliud nō cōcedendū vz qđ nec scda iussio sufficeret:q; sicut p̄sumit falsasse fm istos p̄mū rescriptuz in quo nō est clausula nō ob.ita potuit falsasse totū.scdm hoc aūt nō cōsiderat p iura p̄dicta:ergo ista rō nō ꝓcedit. ¶Pro ista fal.facit:q; actus geminat⁹ est longe fortior ⁊ magis operat q̄ actꝰ semel tm̄ factꝰ:vt ptz ex dictis p Lud.ro.in.l.si vero.ℊ.viro.xxxj.fal.ff.sol.ma.vbi possunt.xix.potētias geminatiōis actꝰ quas postea multi vsurparūt.Et repit longa postilla.Alexā.i.l.cū simꝰ.C.de agri,

a ¶In p̄iudiciū tertij. Ad qđ vide not.p̄ do.sozi.ꝫ.cclxxiij.inci. nō p sequēdo.ℊ. p̄terea hoc idē in.ij.pte char.clxxxv.⁊ ibi vide etiā de cl'a. nō obstāte an p̄eiudicat iuri tertij.

b ¶Qñ papa rescribit a in beneficialibus in p̄iudiciū alicuius valet rescriptum adde.d.ab. in.c.ea qne. 13 de re iu.i vl.b col.in versi. ex quib⁹ oi bus.⁊ bart. in.l.cōficiūtur.in p̄nci. ff.de iur.co.

c ¶Ex certa scīa vīs andre. bar. in consi.qđ est post.ꝫ.ciū. alex. iiij.p.

Universidad de Deusto Biblioteca

z cēſſ.lib.xj.z vltra Lud.z Alex.dixi aliqua.in.c.ſi cautio. de fi.inſtr.z plura dicent alīs. Quo ad propoſituz facit:qz non vī verosiīr cadere errorem in actu reiterato:ergo p̄ſumit certa ſcia.ad hoc facit gl.in.c.ex lr̄is.in ver.admonita.de dolo.q̄ dicit q̄ in cōfeſſiōe deliberata non p̄ſumit error de qua tñ diſputat Alex.in.l.j.C.ſi erro.cal.z vbi act⁹ reitera tur ibi p̄ſumit deliberatio.c.ſi qs irat⁹.ij.qō.j.vnde dicit Bal.in tra.de ſchiſmaticis.quē poſuit in ru.C.ſi qs aliquē teſtari prohibuit.m.xviij.col.ver.rñdeo ſepe in matrimonio zc.q̄ vbi interuenit ſcīa cōſideratio ibi p̄ſumit plena deliberatio.per tex.cū gl.in.d.§.z hoc vero iubem⁹.p quē dicit q̄ qui facit actū bis nō vī z̄ illū poſſe opponere:facit etiaz ſm eū tex.in.l.j.§.ſupradictis.C.de emen.iuſtiniani codicis ſm eū tex.in.l.j.§.ſupradictis.C.de emen.iuſtiniani codicis ibi quē repetita preelectio p̄babit.z facit.c.olim.ē.e.i ꝟbo
15 ſemel z iterū.ſm eā. ¶ † Fallit ſeptimo dicta regula qñ reſcriptū emanat in fauorē rei publice:qz ſz ſit z̄ ius non regri tur in eo clauſula non ob.ſm Ab.hic late poſt Bart.in extrauag.ad repri.in ver.non obſtā.in.j.col.per.l.quidā cōſule la p̄cedit clauſula derogatoria:q;lex reſcripta.z.l.cū dāno ſa.ſepe alle.habēt in ſe cl'am derogatoriā ſolū ad reſcripta ad vtilitatē partiū conceſſa ſm eū. ¶ Conſidera tria. Primo qd dicendū in oi reſcripto q̄ non cōcederet ad vtilitatē priuatā:nec etiā ad publicā.nam ex iſtis verbis Bar.vī directe inferre q̄ tunc nō regrat clauſula non ob.neq; equipollens:non eū fundat ſe Bar.in fauore reipub.ſed in ceſſante rōne.l.derogātis reſcripto.z multa exempla dari poſſante rōne.l.derogātis reſcripto.z multa exempla dari poſſent puta ſi diceret in reſcripto cōceſſo inter clericos qō inſtantia litis mouende finiret triennio:non eū oz tollere ius aduerſe partis:nec ei p̄iudicare z etiā nō p̄cernut rēpub.vñ videt valere:licet habeat clauſulam nō ob.z ſit contra ius de quo in.c.venerabilis.de iud.tñ hoc exēpluz non affirmo qz ex peremptione inſtantie peribunt acta in p̄iudicium partis. Aliud exēplum dari poſſet ſi in reſcripto diceret q̄ iudex poſſet ferre diffinitiuā.ſtādo.hoc nemini p̄iudicat z eſt contra ius de quo.in.c.ſi.de re iud.in.vj. Nec obſt.q̄ dixi in quarta fallen.ver.modo dicet qſpiā:qz qō ibi dixi intelligitur qñ reſcribit z̄ ius in p̄iudiciū partis:hic vero ſimpli
16 citer contra ius. ¶ † Cōſidera ſecūdo:q̄ oē reſcriptū emanās ad vtilitatē eccleſie:ſz ſit contra ius z nō habeat cl'am non ob.valebit dummodo non p̄iudicet tertio:ita vī inferre iſta fal.attēto q̄ idē fauor debet eccleſie qui debet reipu. z maior:vt in.c.quid ergo.xxiij.q.iij.z ibi dicit gl.z Archi. q̄ ius eccleſie dicitur publicū per.l.j.§.ius publicum.ff.de iuſti.z iur.z.j.di.ius publicū.z facit gl.in.c.j.in verbo minoris de reſti.in integ. ¶ Tamē ſtante prima conſideratiōe iſtud de re pub.z de eccleſia nō videt multū importare:qz aut reſcriptum alteri p̄iudicat:z tunc etiam ſi p̄deſſet reipublice vel eccleſie non valebit ſm dicta Bar.z Abb.de qb⁹.ē. aut nemini p̄iudicat:z tūc nihil ſpāle in iſtis:qz valebit p quolibet etiā contra ius vt in dicta prima cōſideratione.et hoc mō haberemus maximā limi.ad totā hanc materiam. ¶ Conſidera tertio ſubtilius:qō ſi p̄dicta eſſent vera nūq̄ eēt vtilis in hac materia clauſula ex certa ſcia:p̄bat ſic.aut reſcriptum erit ſolū cōtra.l.non contra tertiū.z tunc etiam abſq; cl'a ex certa ſcia valebit per p̄dicta:qz iura nō derogant reſcriptis contra ius niſi p̄iudicent tertio:aut erit in p̄iudicium tertij:z tunc non ſufficeret certa ſcia expreſſa vel tacita:ſed requiritur clauſula non ob.vt fuit late cōcluſum.ē.in.ij.li.iij.fal.z ſic clauſula ex certa ſciētia nūq̄ aliqd operaret.z iſta non reperio ab alīs tacta.

Ad euitandos iſtos nouos ſcrupulos cogitabā ſi poſſemus dicere q̄ iſta fal.procedat ſolū prout loquitur Bar.z Abb.vez qñ reſcriptū z̄.l.reſpicit vtilitatē publicā.z nō p̄cedit qñ eſt z̄.l. z nō fauet iuri publico:ſz noceat priuato. Et dicam⁹ q̄ rō propter quā nō valēt regr reſcripta z̄ ius nō eſt illa ſola:q; lex ciuilis de qua in.d.l.quoties.z in.d.l.nec damnoſa.derogat reſcriptis p̄iudicantibus tertio prout iſti dicunt:ſed alia gñalis quā cōſiderat gl.in.c.j.in verbo noſcat.de conſti.in.vj.q̄ princeps in dubio nunq̄ p̄ſumit velle ſubuertere iura.c.eccleſia.lo vltimo.de ele.idē ſentit Inn.in.d.c.dudū. de dec.dicens q̄ confirmatio in dubio nō refert ad actum qui eſt z̄ ius z non diſtinguit an noceat tertio vel non:nec etiā iſtud cōſiderant allegati in regula:z loquendo iſto mō nō poterimus inferre predicta que eſſent abſurda. Nō enim erit verū q̄ reſcriptū contra ius nemini p̄iudicās nō exigat clauſulā non ob.vel equipollentē.nec erit verum q̄ clauſula ex certa ſcia reddat inutilis. ¶ Et ſi diceres ergo iſta fallē. nō ꝟz fundamentū, q; eſſet z̄ reſcripta que ſunt pro repub. obſtat dicta rō de preſumpta voluntate principis. Ad hoc reſponderet quod propter authoritatē Bar.quā nō repio in hoc damnatā ſtabit iſta fallēcia:z erit hoc ſpeciale fauore reipub.z etiā fauore eccleſiarū ꝓpter ſecundam cōſiderationē:z iſtis caſibus non preſumemus principem motū importunitate petētiū:ſed intuitu talis materie a iure plerūq; priuilegiate:z ad hoc induci poſſent in ſimili multi alij not. fauores quos reperio ſparſim in iure deſcriptos in fauorez reipublice.z.xiiij.fauores poſuit Lud.ro.in.l.ſi vero.§.de viro.in.x.fal.ff.ſol.ma.z faciunt q̄ de fauorib⁹ fiſci ponit bal. in.l.j.ad fi.C.de heredi.vel act.vē. ¶ Et vltra iſtos videm⁹ q̄ priuilegiū generaliter indultū non includit caſum publice vtilitati contrarij ſm Bal.in.l.iubemus.la.j.in.ij.no.per illum tex.C.de ſac.ſan.eccle.z includere nō valeret:vt ibi.et ſequit ibi do.Floria.z Lud.ro.plura alle.z ſil.cccxxxvj.in ij.col.itē ſentit Bald.in.l.qō ad p̄ſens.in fi.C.de murilegulis.li.xj.dicens q̄ in verbis generalibus ſtatuti intelligit̄ exceptа vtilitas:vnde ſi conductores valiti tenent ad certam q̄titatē piſcium p quolibet die z ſuperueniat magna multitudo forenſiū poſſunt cogi vt maiorem q̄titatē venalez exponāt pro publico honore z cōmodo.multa etiam pulchre inuenies per Alex.in.l.ſi ex toto.ad fi.ff.de leg.j.dū corroborat opi.By.z cōem ibi q̄ generalis conceſſio immunitatis ab oneribus non extenditur ad caſum ſuperuenientis none neceſſitatis propter guerrā fauore reipub.vide ibi ofno. ¶ Et fauore publice vtilitatis multa colligi p̄nt ab alijs non collecta.z no.illud qō qñ agitur de fauore publico fit extenſio ex identitate rōnis de filiab⁹ ad filias etiā in exoribi-
a tantibus a iure ſm Bar.in.l.ſi cōſtante.in prin.in.ix.opp. prime partis.ff.ſol.ma.z gl.in.l.illud.in verſi. alia cā.C.de fa.ſan.ec.z eſt tex.in.l.certa.§.ſed z ſi quis.ff.de lega.j.z ibi Imo.no.bar.in.l.ij.§.exercit⁹.ff.de inſa.per illū tex.quē etiā alle. Do.in.c.ſtatutum.añ fin.de elec.in.vj.z By.in regula odia.ver.ſed z̄ reg.de reg.iur.in.vj. Similiter dixit Bart.in l.quemadmodū.in.ij.col.ver.ex hoc ergo pz.C.de agri.z cē ij.li.xj.quod fit extenſio ſtatuti fauore reipu.ſicut extendit lex fauorabilis. Et ideo pena ſtatuti puniētis faciētes maleficium punientur etiā fieri facientes ſm eum.de quo exultat.Lud.ro.conſi.xxiij.q̄ ſtatutum concernens publicā vtilitatē et fauorabile z pium.z dicit Bart.in.d.extrauag.ad reprimendum qō et conſtitutio ſpecialis illa que fauet reipub.z ſequit Alex.in.l.neſenniūs.ad fi.prin.ff.ad.l.fal.z ſi ſunt duo ſtatuta dubitat qō ſit magis ſpāle p quod magis fauet reipublice cenſet ſpecialius per text.no.in.l.prope randū.§.ſi.C.de iud.iuncta.l.ſi.C.in qui.cau.in integ.reſ.nō eſt neceſ.ibi enim oz q̄ nulla p̄ſcriptio currit minorib⁹.z ſic in materia p̄ſumptionū ſatis eſt hoc ſpeciale.deinde dictus §.ſi.vult q̄ inſtantia currit minori.q.d.l.properandum.oz magis ſpecialis fauore publico dirimendarū litium.z iſtaz doctrinā pro no.ſequit etiā bal.in.l.j.in ij.q.ē.de offi.z ſul. z Imo.in.l.gallus.§.ille caſus.in fi.ff.de lib.z poſthu.z pe. de an.i repe.c.canonū.in.x.q.ē.ti.pri.z Bau.de ca.in.l.nō eſt nouū.ff.de legi.z Alex.poſt Bal.z Ang.in.l.titie texto res.ff.de le.j.vbi plura ad hoc inuenies. Poſſent p̄dicta cō firmari per tex.in.l.ad beſtias.ff.de pe.vbi ſz non appellet ab executore.l.ab executione.C.quo.ap.non reci.tñ ſi dānatus eſt aliquis vtilis reipub.oz ſuperſederi executioni z cōſulendus eſt princeps. Sil'r dixit Inn.in.c.ſz.in fi.j.de regularibus q̄ diſpō illius decre.circa petitionē licētie ſz nō ob. hz locum in oibus alīs caſib⁹ in quib⁹ verſat publica vtilitas.de quo dic vt exclamat dñs Pet.de mon.in ſuo tracta. de ptāte pape z conciliū.in.iij.col.ſz nō alleget Inn.in.d.c.ſz ſed in.c.cum ad monaſterium.de ſtatu mo.vbi hoc nō dicit. Et ex hoc infert dñs Pe.q̄ ſi Car.z prelati q ſunt ſub obedientia pape petāt licentiā eundi ad cōcilium z ipſe eā deneget poſſunt ire ea nō obtēta qñ ex hoc imminet publica vtilitas eccleſie vniuerſalis forte ad ſedandum ſchiſma inter duos de papatu contendentes:quod bene not.ad multa ſimilia.z adde bonū tex.in l.ita vulneratus.ad fi.ff.ad.l. aquil.ibi multa iure ciuili z̄ rōnē diſputandi pro vtilitate cōi recepta eſſe innumerabilibus rebus probari pōt. Et habemus ſimiliter tex.in.c.abbate.prope fi.de reg.iur.in.vj.et dixit dñs Abb.in.c.apoſtolice.in.j.col.j.de excē.q̄ propter vtilitatē publicam iudex abſoluit ex officio ab excōicatiōe nō petētē per illum tex.quē dicit eſſe bene not. Similiter dixit Inn.in.c.iam dudum.ad fi.j.de preb.q̄ propter publicam vtilitatē eccleſie vniuerſalis viri literati ſunt extollēdi ad pluralitatē bñficiorū.facit.c.cū ex eo.de ele.in.vj.z ca.de multa.in fi.de preb.z.c.ſuper ſpe.de magiſtris.vbi viri vocantur ſtelle eccleſie. Similiter Lud.roma.in ſing.cccxxij. dixit q̄

a ¶ In exoribitāt⁹.ad de Alex.de Imo.in.j. xxj.colū.de offi.ei⁹.z in §.chez ſogonus.de ſſb. obl.z adde q̄ ſi hoc habet p Im. palleo.ſuo conſi.q̄ eſt ante z̄ſi.z/ vij. Alex.ſ imo.iij.q.

dixit q̄ officiales strate rū possunt propria autoritate facere vt destruat dom⁹ vnius priuati vt amitas sit pulchrior ꝙ.l.edificia.C.de edifi.priua, vult dicere p opib⁹ publicis. facit etiā not.dictū Bal.in.l.si traditio.in prin.C.de actio. vbi dicit q̄ fauore publice vtilitatis potest quis ꝙpelli ad fa ctuz ꝙ.no.l,stipulatio.ff.de ope.no.nū.facit etiā qđ no.Bar. in.l.ū.C.de delatoribus.lib.x.dicēs qđ qñ vna causa pertinens ad vtilitatez publicā est cepta per vnū delatorē ꝛ ille mortur vel se absentat pōt iudex p̄cipere vni vt prosequatur dictā cām ab alio ceptā: per illū tex.facit etiā tex.in.c.fi. de transla.prela.vbi dispositio extendit ꝓpter publicā vtilitatē.ꝛ dixi in.c.precedenti.in.vj.limi.facit etiā quod no.bal. post Jac.de are.in.l.ij.C.an seruus ex suo facto.vbi dicit q̄ statutū nunq̄ interpretat contra rēpub.in eo q̄ potest tangere, alios q̄ dicit menti tenendum.facit etiā qđ no.Bal. in.l.milites.in fi.C.de testa.mili.dicens q̄ respu.nunq̄ p̄sumitur concedere aliquibus officicialib⁹ arbitriū contra bonum publicum etiā si det eis plenum liberū ꝛ generale arbitrium. Dixit tū bal.in.l.si mater.in fi.C.ne de sta.def.q̄ respub.ligatur statuto.facit etiā qđ no.Car.consi.cxij.inci.sanctissimus dñs noster.in.vj.col.dicens qđ si rescriptū principis repugnat vtilitati publice: etiā si non sit contra aliud rescriptū: tū non est ei parendū p̄ tex.in.§.deinde competens. in auf.de man.prin.vbi ꝺ expectandā esse scām iussionem facit etiā qđ no.Jo.an.in addi.spec.super rub.de execu.sen. in fi.probans q̄ si princeps nō h̄z locū in quo possit erigere furcas ad terrorē malorū pōt cōpellere hñtē locū cōmodū: vt ipsum ei vendat: ꝛ ibi erigant: ꝛ est dictū Old.cōsi.clxj. ad.fi.no. Dau.de ca.in.l.sciendum.ff.de oper.no.nun.facit tex.in.l.item si verberatum.ꝛ ibi bal.ff.de rei vēd.ꝛ tex.in.l. vēditor.§.cōstat.ff.cōia predi.vbi fauore reipub.potest auferri fund⁹ alteri de quo satis dixi.in.c.que in ecclesiarū.in xvj.col.q̄.cā aūt legitima.ꝺ.ti.pri. An aūt ꝛ qñ vtilitas publica preferat priuate.vide oēs.in.l.j.ff.sol.ma.ꝛ Joino.do. Abb.post alios in.c.fi.de voto.vbi inuenies duas fal.in q̄bus preferat vtilitas priuata. Et ista confirmant hanc septimā fal.ꝛ alibi non reperies reducta: vt clare percipiens premissa omnū copiose scribentium indagine nisi qs forte
17 post hac eadem alibi transtatauerit. ¶ Fallit octauo dicta regula. Qñ aliquid concedit p̄ ius non in totū derogādo, sed in aliquo, detrahendo vel differendo: q̄ tūc nō est necessaria cla non ob.fm But.in.d.c.j.in.v.col.ver.aut non h̄z. ꝺ.e.per illum tex. Nā in rescripto habente cla̅m ap.re.nō est necesse q̄ fiat mētio de iure.ad hoc etiā tex.in.l.quoties.C. de preci.impe.offe.fm eum ꝛ sequit ibi simpliciter Jo.in.v. col.ꝛ in.c.qm̄.in.ij.col.xviij.di.nam in.l.quoties.derogat rescriptis ex quibus tollitur cognitio totius negotij: sed vbi inducitur dilatio solutionis pandit adit⁹ supplicanti. vult dicere But.vt puto q̄ cla appellatione remota nō est ꝓtra ius in totū: q̄ nō tollit olno facultatem appellandi: ⁹ sz op̄z quod appelletur ex causa de qua fit in iure expressum q̄ inducat legitimā appellationē. ꝛ sic non derogat in totū iuri cōi. sz in aliquo ei detrahit: q̄ sine illa clausula potuisset appellare etiā ex cā iure non expressa. Item non tollit qn per viā querele possit recurri ad superiorē etiā ex cā iure nō expressa. Iz iudex primus nō teneat deferre appellationi. vt latius scribit.in.c.pastoralis.de app.ponendo de effectib⁹ di-
18 cte clausule. ¶ † Preterea clausula appel.re.nō vī derogare solum vni parti ꝛ prodesse alteri. q̄nq̄ etiā operat etiam p impetrante. ꝛ etiā p̄ ipsum si forte recōueniat.c.ū.de mutu. peti. ꝛ predicta possunt trahi ad multa. verbi gr̄a. quare est q̄ vbi committit cā summarie sine strepitu ꝛ c. nō apponitur cla non obstā. ꝛ tū tollere ordinē iudiciarū est rescribere cōtra ius. Patet ex gl.in.c.fi.de here.in.vj.cum suis concor. q̄ pōt dici fm predicta q̄ nō abrogat in totum quo ad illam cām: sed ei derogat in parte sicut est dictum de cla appellatione remota. ¶ Fallit nono ꝛ vltimo dicta regula. Qñ princeps rescribit in his in quibus h̄z administrationē liberam vt papa in beneficialibus quo casu lz rescribat p̄ ius: tū vz rescriptum etiā absqz illa, cla non ob.fm But.in.d.c.que in ecclesiarū.in pe.col.per.c.ū.de preben.in.vj.ꝛ cle.j.vt lit.pen. dicit tū se non credere papā rescribendo velle derogare iuri alicuius etiā in talibus materijs.per.c.super eo.cū ibi no.de offi.dele.ꝛ sequit simpliciter Jmo.in.d.c.que in ecclesiarum in.xiij.col. Idē tz But.in.c.j.in.v.col.ꝺ.e.dicēs q̄ opi.legi statarum qui dicunt q̄ lex h̄z cla̅m derogatoriā ad oia rescripta que sunt p̄ ius nō est vera in his quibus princeps habz potestē liberā. Et hinc est q̄ lz derogando cām faciat p̄ ius loquens de potestate ordinaria non tamē facit mentionē de hoc alle. Jo.in.c.cū olim.lo.j.super gl.iij.de priuileg. ꝛ ista

● ¶ Facultatē appellādi.ads bal. i addit.ad spe.in tit.de appe.ꝺ. cla appellatione remota.

dicta sequit Hic.mi.in suo reper.in verbo clausula.ꝺ.x.ꝛ sic trāsiuit.in.d.c.que in ecclesiarū.in xxvij.col. ¶ Sz certe ista dicta non vident bene fundata q̄ licet dicta iura prohibēt plenissimam ptātē pape in bñficialib⁹.ꝛ latius deduxi.l.d. c.que in ecclesiarū.non tū sequit q̄ eoipso q̄ in talib⁹ scribit contra ius videatur vti plena ptāte: ꝛ ideo attētis iuribus ꝛ rationib⁹ alle.in regula videt q̄ etiā in istis debemus p̄sumere q̄ etiā vbi nemini preiudicat nō intendat in dubio derogare iuri cōi.per.d.c.ecclesia.de ele. ¶ Preterea considera q̄ vbi agitur de derogando iuri positiuo circunscripto p̄iudicio tertij ipse habet plenissimā potestatē adeo q̄ multi tenent q̄ ex sola voluntate possit derogare iuri positiuo. vt per Jnn.in.c.cū ad monasterium.de statu mo.dixi.ꝺ.tit. prox.i.c.j.in prima ampliatione.iij.fal.ꝛ ꝙ.e.ad audientiaz. in.vj.col.ver.nihilominus.attēde bñ: ergo sequeret q̄ quasi semper rescriptum offendens totalr solū ius cōe valeret lz non haberet cla̅m non ob.ꝛ tamē hoc nemo concederet q̄ etiā vbi nō agit de p̄iudicio alteri⁹ p̄sumit rescriptū falsuz qñ est directe contra ius cōe nisi habeat cla̅m non ob.vt dixi.ꝺ.in.iij.fal.ver.modo dicet quispiā: ꝛ iō vī q̄ fundamētum huius fal.respiciens plenā potestatē pape in beneficialibus non probet ipsaz. ¶ Modo circa oēs istas fallētias vī dari notabilis restrictio vez q̄ vbicunq̄ dictum est valere rescriptū p̄ ius cōe ꝛ sine cla non ob.debet intelligi quādo illud ius cōe est notorium ꝛ vulgare: secus si est singulare maxime cum de iure nō apparet casus expressus vel est dubium de intellectu iuris vel constitutio est extrauagans quibus casibus non valet indistincte rescriptū sine cla non ob. Ita not.But.in quadā repetitione.c.j.ver.oppo.quinto cū gl.de consti.in.vj.ꝛ sequitur Hic.mil.in reper.in verbo priuilegium ꝺ.xiij. ¶ Pro quibus addnci possunt no.in.c. pastoralis.de fi.instr.ꝛ p oēs in.l.cum prolatis.ff.de re iud. Ex quibus patet q̄ difficili⁹ est recordari ꝛ habere notitiā de talibus iuribus q̄ de alijs.ꝛ hinc est qđ lz nō admittat positio iuris que ius certum est: vt per Bar.in.l.ornamētorū.ff.de auro ꝛ ar.leg.tū nō pōt fieri positio iuris in quo caderet verosimilis ignorantia vt est constitutio iuris extrauagantis non famole fm Bar.ibi per.d.l.cuz prolatis.vbi scribentes declarant illud de famosa vel valde no. Sil̄r dicitur q̄ valet sentētia lata contra extrauagātē vt plene tradetur.l.d.l.cum platis.ꝛ scripsi oportune.in.c.j.in.iij.limitatione, de re iudi.ꝛ de lege obscura vel habente varios sitel lectus quando excuset eius ignorantia dixi in proemio decretalium.in prin. Ceterum vbi extrauagans esset notata: non putarē ꝓcedere hanc constitutionē. q̄ presumit papa de ea recordari sicut de cōsti.in iure inserta. vt etiā dz de iudice qui si ferat sniam p̄ talē extrauagantē non valet vt p oēs.in.d.l.cū platis.ꝛ dixi in.d.c.j.ver.scds casus. ¶ Sz cogitabā qūo possit ꝓcedere ista restrictio. Nā aut isti sentiūt q̄ solum in istis casibus sit necessaria clausula non obstāte. ꝛ nō in alijs: ꝛ istud difficile sustineret p ea q̄ dicta sunt.ꝺ. ex quibus ptz quod in omni rescripto contra ius regrit regulariter cla non obstante vel equipollens: aut sentiunt qđ etiā in casibus in quibus non regrit cla non obstāte. quos ꝺ.enumerauī debeat dari ista restrictio vez nisi rescribat cōtra ius singulare ꝛc. vt dixi.ꝺ.ꝛ tunc nō vī q̄ ista restrictio sit admittenda q̄ fundatur in vna cōsequētia nō concedenda. Concludunt eiñ sic. Princeps vero simil̄r nō recordat de iure singulari ꝛ extraordinario vel de extrauagā. ergo nūq̄ p̄sumit derogare nisi exprimat: q̄ regul̄r nulla dispō trahit ad incogitata. ꝛ icognita. l. tres fratres. ff. ꝺ pac. c.ū. de renun.cū si.nā certe istud est negādū. Qm̄ possibile est q̄ p̄nceps nō habeat explicitā notitiā alicuj⁹ iuris: tū etiā nō facta spāli mētione illius iuris intendat illi derogare puta qñ sumus in fallentijs. ꝺ. firmatis in quibus est conclusum nō regrit alia cla nō obstāte: vñ ascribit dādo priuilegium vel ex certa scia vel in fauorē reipu. in istis casibus cōcinsuz est. ꝺ. qđ perinde est ac si apponeret cla̅m nō obstāte. ꝛ iō si sic est non seqt ignorat aliqđ ius: ergo illi non derogat. sufficit q̄ in rescribendo cogitauerit in gñe de oī iure cōtrario ꝛ q̄ intendat contra illud disponere ēt si ignoret illud ius p̄ tex. in fine.ff. de testa. milita. ibi suffic it militē cogitasse filium exheredare in genere si cōtingeret ipsum habere filium: lz in spē ignoret se habere filium de q̄ tex. ad fine fit solēnis mētio. vt per ang. ibi ꝛ in.l. sicut certi. C. de test. mil. ꝛ in.l. tres fratres. ff. de pac. ꝛ in auf. res q̄ C. cōia dele. ꝛ in.l.q rome. ꝺ. duo fratres. ff. de ꝺ. ob. ꝛ Jmo. in.c.fi. de dona. ꝛ Dau. de ca. consi. xcix. sup puncto. in fin. ꝛ multos alios. ¶ Preterea si esset vera ista cōsequētia princeps non recordat verosil̄r de tali iure. ergo non intendit ei

Universidad de Deusto
Biblioteca

derogare. posset multoties seq̃ ꝙ etiã extra casus ab istis ex
ceptuatos gñal'r cl'a non ob. nõ sufficeret: qz multi sunt ca
sus in iure quos princeps ignorat: vel ꝓpter iuris ignoran
tiã vel ꝓpter defectum memorie. q̃uis em̃ dicat habere oĩa
iura i scrimo pectoris. c. j. de constit. in. vj. illud est verũ quo
ad interpretationẽ gl. in. c. p̃terea. xxiij. di. quã seq̃t Bal. in
l. p̃scriptione. in. vj. col. C. si q̃ ius vel vti. pub. Et. d. Ab. in. c.
ex parte. lo. j. de offi. dele. ☞ Multoties em̃ fallit eũ obliuio in
iure vt' in iurib⁹ alle. per gl. in. c. si qñ. de rescrip. z ꝙ gl. iiij. et
ibi doct. in. d. c. j. Añ dicit Bal. in. d. c. j. in fi. de ꝓfes. ꝙ licet
papa sit doctor vtriusq; iuris eoipso ꝙ est papa tñ: est do
ctor authoritate nõ scia. magis tñ placet p̃cedẽs cõsidera
tio q̃ ista: nã q̃ eã replicari posset ꝙ ipsi assistentes romano
pontifici z ꝙ quorũ manus trãseũt signature rescripta z le
guz promulgationes p̃sumunt scire iura ordinaria z igno
rare extraordinaria: z sic intelligat. c. de consti. in. vj. Dicet
mõ quispiã ergo qñ rescribit q̃ legẽ habẽtẽ cl'am derogato
riã sufficit dicere nõ ob. l. absq; spãli noiatione: qz rescribẽs
cogitat de oi. l. obstante ꝙ non est concedẽdũ per ea q̃ dixi
s. in prima regula. Sol. illud ꝓcedit ꝓpter formã delatam
a lege que nõ põt seruari per equipollẽs. vt dixi. s. e. cũ dile
cta. z vbi regrit specialis mentio non sufficit gñalis. c. q̃ ad
agendũ. de ꝓcu. in. vj. z lz posset princeps omittere spãlẽ no
minationẽ: tñ non p̃sumit velle hoc facere ne reddat frustra
toriã voluntatẽ predecessoris qui apposuit clausulã dero
gatoriã: sed in casibus predictis non habemus iure cautũ
ꝙ lex solitaria vel singularis aut peregrina prout est extra
uagans indigeat speciali mentione: ergo stabimus fallẽ. s.
positis: vt quatenus in ipsis est firmatũ ꝙ non reqrit alia
clausula non ob. intelligat q̃ rescribit contra ius quale
cunq; sit dummodo non habeat clausulã derogatoriaz. et
ista no. tanq̃ nouissima z ab alijs non discussa.

Restant enumeranda quedã fragmenta circa na
turã istius cl'e nõ ob. ordinando. xviij. cõ
clusiones ex quibus habebis plura quã ponat ☞ Doder. di
19 ctionarij in suis reper. ¶ Prima conclusio. † Clausula non
ob. aliquo priuilegio non tollit priuilegia indulta' miseratio
nis cãr: nisi de ipsis fiat expressa mẽtio fm Ly. i. l. j. C. q̃ im
petrator inter pupillũ z viduã. De quo exclamat ☞ Martiñ.
lau. in trac. de priuilegio. §. xxxix. dicens esse no. ꝙ pauprb⁹
hospitalib⁹ quib⁹ conceduntur priuilegia immunitatũ: et
vltra eũ facit, qz dicta' cl'a nõ tollit priuilegia concessa fauo
re pie cãe: puta ad fabricã vel reparationẽ locorũ piorũ: vt
est tex. bene no. in. c. si propter. ver. intentionis nostre. de re
script. i. vj. quẽ extollit Lud. ro. in. l. si vo. §. de viro. in. xxiij.
fal. ff. sol. ma. z Vital'. in lib. de clausulis. fo. vj. in ꝑnci. addẽs
tex. in. l. libertis. §. posthumis. ff. de ali. z ci. le. vbi derogatio
beneficiorũ ab aliquo collatorũ non intelligit derogare be
neficijs que ob cãm alimentorũ relicta sunt. ¶ Secũda cõclu
sio lz expresse prohibeat ꝙ rescriptum principis cõcessuz su
per taũ negocio ex certa scia regul'r nõ valeat: tñ si ꝑnceps
rescribit z in rescri. dicat nõ ob. tali. l. valet rescri. fz bart. in. l.
oẽs. C. de aque ductu. lib. xj. ꝙ no. ꝙ his q̃ dixi. s. in. vj. am
pliatione prime regule. z aliquid dicetur in conclusio. xvij.

a ¶ Obseruã tia testamẽ ti nõ dz tol li ꝑ temeri tatez rescri pti. ad ꝫ tu qd si cã sub est et heres defuncti cõ sentiret: vt testm̃ altera retur: puta ad alium vsum quaz ad destina tũ p testato rem an isto casu legat⁹ pape vl' epi scop⁹ possit dispensare. vide car. et alios i cle. ij. de religi. domi. i. xvj. col. in fi. q̃r to quero.

20 ¶ † Tertia conclusio. Obseruantia testamẽti[a] non dz tol
li per temeritatẽ rescripti fm Bal. in. l. testm̃. in fi. C. de test.
lz clausula nõ ob. apposita p principẽ deroget testõ. z q̃uis
eius factũ reprehendi nõ possit. l. ij. C. de crim̃. fal. tñ iniuste
agit in semetipm fm eum. ¶ † Quarta conclusio. Clausu
21 la nõ ob. aliquo non tollit determinationẽ legis antique fm
gl. ij. in auk. de here. q̃ ab intest. in prin. z Bart. pulchre. in. l.
sciendũ. in prin. ff. q̃ satisda. cog. vbi dicit ꝙ per dictã clausu
lã non impedit determinatio q̃ alias dz fieri p statutũ anti
quũ. Nam cũ tex. in dicta auk. dicat vacãtib⁹ prioꝛib⁹ legi
bus pro hac causa positis gl. supplet. s. q̃ z hãc. l. facerẽt nec
em̃ alias corrigit que saluari p̃nt: z sic lex antiqua per quaz
non destruit noua, sed determinat non erit correcta. Unde
dixit bal. in. l. ij. §. quesitum. in. iij. col. x. ꝟ. fallit. ff. si qs cau
tionibus. qs clausula generalis posita in fi. statuti vcz non
obstãti. quibuscũq; statutis non derogat statutis speciali
bus. alt. dictã gl. z tex. in. l. ita pudor. C. de adul. ¶ Limita
primo nisi in. l. noua dictuz esset non ob. aliqua. l. que in con
trariuz generaliter vel specialiter loquerẽt fm Bart. in ex
trauagã. ad reprimendũ. ver. non ob. ad fi. Et sic non habe
bit tunc locum. l. nam z posteriores. ff. de legi. qz leges anti
que non limitabunt nec distinguent legem nouam. fm bal.
quem extollit. d. Ab. in. c. vt debit⁹. in. x. col. ꝟ. ij. moueor. de
appel. z ibi Philt. in. xxix. col. ver. iij. ratio. z Bapti. in. l. o
mnes populi. in. xviij. chart. ff. de iusti. z iur. z Paul. in. d. l.
sciendũ. z ibi Alex. alleg. etiã Bet. de an. in repe. c. j. de cõsti.

¶ Limita secũdo. nisi appareret de mẽte. l. noue ꝙ velit cor
rigere antiquã etiã per verba generalia: quia corriget eam
q̃uis specialiter loquentẽ fm Jmo. in. l. si vero. §. de viro. in
iij. z. vj. col. ff. sol. mat. alleg. gl. fin. in. c. cõtra christianos. de
hereti. in. vj. z sequit Alex. in auk. ex testõ. in. iij. col. C. de col
la. z in. d. §. quesitũ. pro quo vide Bal. in. l. eũ. C. de furt. vbi
dicit qs licet lex imponat penã nouã pro delicto: non tñ p
hoc tollit pena legis antique. qz plures leges penales pos
sunt sup eodẽ facto disponere nisi appareat aliud ex mẽte le
gislatoris: vt qz certũ ẽ ꝙ penã antiquã vult aggrauare vl'
minorare iam tũc recessum vl' a pena veteri per. l. qui cũ vno
§. qui post. in ver. recessum. ff. de re mi. ¶ Quinta conclusio
vbi sunt plura obstantia non sufficit cl'a gñalis: sed de sin
gulis defectib⁹ dz fieri mẽtio fm Bal. in. l. j. ix. col. C. de fur.
qz qui remouet obstaculũ inducit effectũ. Facit qs not. in. l.
si qñ. in prin. C. de inoffi. test. cũ concor. de quibus per euz.
Et est simile qs dicit Bal. in. l. eam quã. in. xiij. col. C. de fi
deicõ. de clausula non ob. q̃ ponit in legitimatione circa ex
22 pressionẽ defectuũ de quo memini latius. s. e. c. ꝑ. ¶ † Se
xta conclusio: vbi princeps derogat statutis laicor̃ sufficit b
b apponere generalẽ cl'am lz nõ opponat tenorẽ statutorũz[b]
fm bal. in auk. oẽs peregri. ante fi. C. cõia de succes. z hoc est
not. dignũ pro literis papalibus fm eũ. Et idẽ ipse ponit in
auk. nauigia. in. j. no. C. de fur. z non dicas ꝙ per hoc limite
tur p̃cedẽs notabile vt nõ habeat locũ in rescripto p̃cipis:
z qs in eo nõ sit opus noiare plura obstacula: qz fm hoc p̃
cedens dictum nihil importaret cum inferior a principe nõ
opponat cl'am non ob. vt. j. in conclu. xiij. Sed precedẽs di
cum limitabit vt nõ habeat locũ vbi remouentur statuta.
Et dicit Bal. in ti. de pa. constã. in ver. libellarie. ꝙ vbi rescri
bit cõtra rescriptũ sufficit gñaliter dicere non ob. rescripto:
sed vbi rescribit q̃. l. oportet dicere non obstante tali. l. qs vl
timum declara ex dictis. s. in. j. fal. ij. regule. adde etiã bal. in
l. quia aũt. ff. si quis omis. cã testamẽti. vbi dicit ꝙ clausule
non obstantium que ponunt in literis pape ad grauandũ
z firmãdũ gratiã nunq̃ operant diminutionẽ seu restrictio
nem per illũ tex. ¶ Septima cõclusio. vbi. l. ꝓhibet impetra
re sub pena: z prohibet iudicem ne admittat impetrationẽ:
adhoc vt prosit rescriptũ obtẽtum m q̃ium non sufficit ꝙ
in eo sit clausula nõ ob. tali. l. que ꝓhibet ipetrari: lz opz ꝙ
dispenset' vt iudex possit admittere als vt iudex recte dice
ret fateor priuilegiũ valere z te accusatum esse a pena impe
trandi: sed non possum rescriptum admittere ꝓpter ꝓhibi
tionẽ. l. ita dixit bal. in. l. neminẽ. C. de canone frumen. vbis
rome. lib. xj. qs no. qz prima facie videret oppositum. cũ em̃
sit sublatũ principale. i. prohibitio impetrandi videt tacite
sublatum secundũ. s. impotentia iudicis in admittẽdo ex q̃
fine hoc secundo principale stare nõ potest. Sed potest for
te dici ꝙ ex quo sunt due ꝓhibitiones: z sic duo obstacula
dñt oia remoueri: vt dictũ est. s. i. v. cõclusione. z illud de ac
cessorio z principali intelligat qñ disponens de principali
scit de accessorio: qz tunc presumit circa ipsum prouidere in
xta ea que de extensione dispensationis diximus. in. c. p̃ce
denti. Sed vbi non est expressum per partez de alio impedi
mento q̃uis accessorio principalis dispositio nõ operabit
circa accessoria z imputabit impetranti non exprimẽti ola
opportune: z lz princeps] presumat scire obstaculũ iuris: tñ
in rescriptis presumit eatenus cogitare de obstaculis quate
nus est expssum: vt pz per plura p̃dicta. ¶ Nihilomin⁹ co
gitabitis: qz istud dictũ bart. ꝫ solũ ipsi⁹ authoritatẽ nõ aũt
vl' probari in. d. l. neminem. z non caret scrupulo per predi
cta. nam contra solu. posset instari ex his q̃ dixi in. d. c. prece
denti. probando ꝙ dispensatus super vno videt dispẽsat⁹
super alio sine quo principale stare non põt. ibi enim cõcur
runt termini similes istis qñ materia est odiosa z adsunt
plura obstacula. z tñ remoto principali sunt remota alia si
ne qbus illud esse nõ põt. ¶ Si diceres: ergo in oi impetra
tione sufficit exponere concernentia actũ principalẽ z alio
rum taciturnitas non nocebit: qñ sunt talia sine qb⁹ ꝑnci
pale non operat: negaret hoc: sed est distinguendũ: aut illa
accessoria sunt facti: z tunc eorum taciturnitas vitiat impe
trationẽ qz neqz implicite põt dici ꝑncipẽ cogitasse de ipis
aut sunt accessoria q̃ veniunt ex iuris artificio: z tũc si ꝑn
ceps cõcedit principale presumit cogitasse de remotione eo
rũ q̃ accessorie possent impedire cõcessionẽ suã vt in multis
exemplis datis circa dispẽsatiões p̃cedẽti. ꝟ. limi. iij. Et lz
cũ in ꝓposito intendat derogare. l. ꝓhibẽti impetrationẽ ꝑ
fecto' vl' sublata eadẽ lex quaten⁹ ꝓhibet iudicẽ acceptare
rescriptũ ne ꝓcessio fit elusoria sicut si dispẽsat ad sacerdotiũ
vl' dispẽsare ad diaconatũ sine q̃ dispẽsatio nihil operet. lz

posses

posses replicare saluādo Bar.q̄ aut principale sup quo dispensatur cōprehēdat accessoriū ex intrinseca vi verboꝝ:z tūc p̄cedant dicta in.c.p̄cedenti.facit.l.quidā cōsulebāt.ff.de re iudi.cōcessio enim de p̄mouendo ad sacerdotiū vel de p̄siciēdo ad iudicandum nō habentē etatē:hꝫ de sui natura inclusam tacitā ꝛcessionē diaconat⁹.z sic etiā tacitā remotionē obstaculi etatis:z ideo sicut alibi dī q̄ solennitas intrinseca p̄sumit interuenisse ex vi vocabuli.l.sciēdū.ff. de ꝟbo. obl.ita tacita cōcessio p̄sumit interuenisse ex vi cōcessiōis p̄ncipalis includētis in se accessoriū. ¶Si vero principale non includit accessoriū ex natura intrinseca ꝟboꝝ:tūc q̄uis princeps ꝛcedat principale:tñ nō vī concedere accessoriū etiam si est tale sine quo principale stare nō pōt:vt posset mille modis exēplificari. Si eñ ꝛcedit rescriptū ℨ titiū non ē ꝛcessus vt ipetrās possit vti rescripto si est excōicat⁹ dato q̄ istud sit accessoriū sine quo impetratio nō vꝫ:q; de ipso princeps nō cogitauit nec venit necessario ex simplici ꝛcessione rescripti sicut etiā in casu Bar.facultas admittēdi rescriptū nō venit ex vi verboꝝ z intrinsec⁹ ex ipsa ꝛcessione rescripti z hꝫ istud nō fit qd facti sicut illud de excōicato:hꝫ iuris:tñ nō p̄sumit p̄nceps cogitare de isto iure cōi vbi agit de ꝛcessione rescriptoꝝ:vt fuit p̄batū in scda regula nisi ipsum ius cōe veniat ex vi intrinseca cōcessionis:q; inducit certā scientiā qđ nō fit in casu Bar.vt est dictū:z iō possum⁹ trāsire cū Bart.vt sic sublata.l.habēre clausulā derogatoriā ad rescripta nō fit sublata ea.l.inquantū impedit iudicē admittere rescriptum: q; rememorādo principi primū nō est rememoratū scām nō sic vbi intrinseca vi materie est rememoratū vtrūq; ſ. principale z accessoriū iseparabil'r annexū:vt in exēplo de sacerdotio z diaconatu.z ista notāda subtilia z per omnia notissima.

23 ¶Octaua ꝛclusio. Licet ꝓclam nō obstātib⁹ ꝛsuetā poni hodie in gratijs derogat statutis gñalib⁹ oia bñficia eccliastica respiciētib⁹:tñ non derogat p eā alicui statuto singulari nisi ō illo expressa fiat mētio. Ita dicit glo.aurea Guil.ō mōte lauduno in extrauag.sedes aplica.in verbo mutare ō qua exclamat rota in ti.de p̄bē. cōclusiōe.j.in nouis. dicēs ita fuisse obtentū z sniatū in rota:z istud limitat ibi in rota dūmodo sit statutū laico ꝛ appositū in fundatiōe iuxta not. p̄ gl.in.c.cū dilect⁹.j.tit.p̄ri. Secus si esset statutū clerici fundatum ex beneficio suo:q; talibus statutis patronoꝝ eccliasticoꝝ p̄iudicat p clausulas gñales nō ob.per no.in.c.cū dilect⁹.de iurepa.z ita dicunt fuisse obtentū. Sed ℨ hoc vltimū.videt esse cōsi.¶Pe.de anch.xvj.incip. dñs noster papa. z reassumit etiā numero mihi.cccl viij.ici.qō talis ē dñs noster ꝛc.qđ ꝓprie loquit i fundatore eccliastico z vult q̄ cle generales non obstan.non operantur contra tale statutum. z de isto consil.meminit Ritalis in lib.de clausulis fol.v.nisi intelligas ipsum q̄ ibi patronus clericus fundauit de bonis patrimonij sui z sic regulabit ius pat.tanq̄ laicale. Sed hoc est diuinare:ideo dic q̄ loqt vbi clerici nō p̄cesserūt statuendo vel apponēdo in fundatione modos z conditiones q; talibus modis non appositis per viā statuti nō derogat clausula generalis non obstan.statutis.z qđ ista sit intentio Pe.de anch.patet in ꝟbis suis in ꝟbo opi. ergo Jo.an.ꝛc. vbi intelligit dicta Jo.an.in.c.ei cui.de p̄reben.in.vj.de qb⁹ in sequēti cōclusione in clausula cōcernente consuetudinē:et statuta ecclesiastica.Sꝫ ipse dicit se loqui in pactis z modis appositis in fundatione beneficij de qbus nō fiebat mētio. Et pro ista cōclusione facit qđ alleg. Jmo.post But.in.c.irrefragabili §.excessus.in.ij.col.de offi.ordi.vbi infert ex illo tex.q̄ si papa mādat aliq̄d fieri nō obstāte ꝛsuetudine intelligit sublata cōsuetudo q̄ respicit oēs nō aūt cōsuetudo spe-

24 cifica dans alteri priuilegiū. ¶†Nona conclusio. p clausulā non obstātib⁹ statutis nō intelligit derogatū iuri cōi,fm rota in.d.dec.j.de p̄bē.in nouis alleg.Jo.mo.in.c.cū aliquibus.de p̄script.in.vj.z alia sequit Hic. milis in reptorio in verbo clausula in.§.j.licet putē q̄ ipse forte p errorem dicat. idē si ꝺr non obstā.iurib⁹.z statutis.nā si diceret iuribus nō video qūo istud dictū esset verū:neq; sic loquit Rota in loco p̄allegato que aīs est numero.iij. vt ipse allegat z eā reassumit Jo.in.c.ſi pro clericis.in.j.col.de p̄reben.in.vj. ¶Ex hoc infert Rota:vbi supra q̄ si statuto ecclesie est ordinatū vt p̄mouēdus ad certam capellam debeat esse in sacerdotio habēs literas ad vacaturā in illa ecclesia cū derogatione statutoꝝ poterit illā habere:hꝫ non sit in sacerdotio: sed cū isto moderamine:vt ꝫ q̄ infra annum possit p̄moueri z p̄mouea tur ad sacerdotium:z sic differtur statutum z non tollitur ſꝫ si non haberet etatē adeo q̄ infra annū posset p̄moueri illa clausula non p̄dest:q; hꝫ tollat impediētia gratiā non tñ tollit defectū p̄sone q̄ est inducē⁹ a iure cōi disponente q̄ beneficium sacerdotale nō dꝫ cōferri patiēti defectū etatis.c.ei cui. de p̄bē.in.vj.z per clausulaꝫ nō obstātibus statutis nō derogatur iuri cōi vt est dictum. Et per hoc reprobatur gl.j.z ibi Jo.an.in.d.c.ei cui. Et predicta fuit opi. Arch. ibi supra in qua late insistit ibi Jo.post Lap.z Jo.de fant.cōcludētes cōtra gl.qb⁹ adde etiā oino Alber.i.j.pte statuto ꝛ.q.cxlvij. incip.statuto alicui⁹ ecclesie.in.iij.col.cū seq. vbi latissime impugnat Jo.an.subdēs q̄ cū Joā.an.existēs rome fuisset de opinione sua reprehensus ab vno cardinali dixit se in scholis publice reuocasse opi.dicte sue gl.z dicit Alb.q̄ postea alia vice fuit a multis obtētū z iudicatum rome contra Jo.an. z adde rotā.de p̄bē.conclu.cxxxviij.in antiquis.vbi dicūt q̄ cle derogatorie statutoꝝ non derogant particularib⁹ statutis requirentib⁹ sacerdotiū in promouendo: sed differunt vnde operant z sufficit in proximis tpib⁹ qs sit aptus ordinari z ordinet.z adde rotā in titu.de consti. conclusione.iij. in antiquis.vbi dicunt q̄ statutum priuilegiuꝫ z cōsuetudo nō tollūtur per gñales nō obstā.literis apostolicis nisi de eis fiat expressa mētio.Et ad p̄dicta vide Jo.post Lap.in.c.ſi propter.in pe.col.de rescript.in.vj.vbi etiam subtiliter ponit quādo clausula nō obstātibus tollat impedimēta.de quo ēt per Oldra.cōsi.cl.incipien.in ecclesia Valentina. in vlti.col.

25 ¶†Decima cōclu.clausula nō obstā.in contrarium facientibus tollit transactionem,etiā penalez fm Card. ꝛsi.xxvij. incip.in dei ꝛc.in cā.z.q.excellentissimi leguꝫ doct. ad ſi. per tex.in.c.cum aliquibus.de rescri.in.vj.tuncta gl. in ꝟbo firmitate ibi pura vinculo pene:z ista gñalitas sufficit ad tollēdum quicquid obstat fm eum remittentem ad Bart.in extrauag.ad reprimendum.in verbo non obstāte. z Joā.an.in d.c.vnico.de excess.p̄la.in.vj.z hoc qñ venit ista clausula ad certū factum firmandum:iuxta.l.oēs.C.de p̄script.xxx.ann. Non aūt sufficit ad inducendaꝫ nouam obligationem puta q̄ qs teneat de casibus fortuitis:z ita loquit.l.sed z ſi qs.§. quesituꝫ.ff.ſi quis cau.fm eum alleg.Jo.mo.in.d.c. cum aliquibus.dicit tamē Lar.vnum qđ nō plꝫ.videlicet q̄ etiaꝫ si transactio esset iurata sufficit generalis clausula non obstātibus quibuscūqꝫ in cōtrarium facientibus.nam ista est cōtra ea que late diximus in.c.constitutus.per illum tex.§.e.z no. Ludo.consi.ccexciij.z ibi dictis adde elegans consil.Alex. mihi.dciij.incip.viso puncto z accurate pensato.in.iij.col⁹. ¶Undecima cōclu.Clausula tollēs obstacula impediētia effectū non includit obstacula inducētia dilationē fm Jo. pulchre in.c.ſi propter tua debita.in.vj.col.de rescrip.in.vj. ppter gl.ibi in verbo impediri quā dicit esse notabilem pro rescrip.z priuilegijs in quibus ponitur clausula non obstāti bus ꝛc.z idē no.Cal.in isto tit.ꝛsi.j.z puto allegasse Jomi.

26 ¶†Duodecima cōclo clausula nō obstātib⁹ a p̄uilegijs nō a derogat p̄uilegijs clausis in corpore iuris dixi in.c.j.ver.fallit tertio.§.e.z §.in isto.c.in.j.regula.adde Bu.idem tenētez in.c.fin.in.iij.col.ver.sed est dubium.de fo.cpe.z Lu. consi. ccccxcviij.in.v.col.ibi etiam ponit certos alios casus in quibus clausule derogatorie non derogāt priuilegijs:puta quādo sunt cōcesse gratia publice vtilitatis per tex.in.l. decurionibus.C.de silen.lib.xij.quem no.Bal.in.l.locis de qbus per eum:alius est quādo agitur de priuilegio cui non est verosimile q̄ princeps fuisset derogatur⁹ in specie per no.per Jo. an.in.c.ei cui.de p̄reben.in.vj.vt latius per eum Et hic adde q̄ si dicitur nō obstantibus oibus in contrarium facientib⁹ non intelligitur derogatum priuilegijs cōtinentibus libera tatem principis:vt pulchre per Old. cōsi. ccc.factū tale est magister militie.post prin.versi.ex istis ergo. ¶Tertiadecima ꝛclu.Clausula non obstan.non est necessaria quādo per id qđ disponitur reditur ad ius cōe:ita dicit do.¶Daria.in repe.c.qualiter.lo.ij.q.v.arti.v.de accu.alleg.Bal.in.l.fiqua per calumniam.in fi.in aliquib⁹ lecturis.C.de episco.z cle.tamen hoc nō dicit in lectura mea:z confirmat dñs ¶Daria.a simili per id qđ no.glo.in.c.iij.in verbo numerandū. de p̄bē. in.vj.per quam probatur fm eum qđ in materia correctoria potest fieri extensio z larga interpretatio quādo per ipsaꝫ reuertimur ad ius cōe:z ad hoc alia similia pñt adduci que satis plene posui in.c.cum accessissent.in.iij.colū.§.iij.u.prop. ¶Considera q̄ si hoc dictum esset verum sequeretur quod vbi scribitur contra priuilegia vel statuta iuri contraria nō esset opus clausula non obstāte:q; per talia rescripta reuertemur ad ius cōe.z hoc nō est concedendū. Preterea sequeretur q̄ si scribit cōtra ius commune nouū z correctoriū iuris antiqui non esset necessaria clausula nō obstāte. quia reuertimus ad ius cōe antiquū:q̄ esset absurduꝫ quoniam lex abrogata z correcta non habet in consideratione:vt per glo. in.c.j.§.iij.p̄ri.z in.c.nouit.de iudi.cuꝫ similibus z illud ius

a ¶Nō obstātib⁹ priuilegijs. nō derogat priuilegijs in corpore iuris clausis.adde tu bar.q idē tꝫ in.l.ij. §.legat⁹.ff. de iudi. vbi dicit q̄ talis cla intelligitur ō priuile.spāli non corpe iuris clauso.idez tꝫ Bau. de cast.in.l.j.ff. de legi. barto.in extrauagā.ad repri.i ꝟsi.nō obstā. vide etiā per scribētes i auc. qua i ,puincia.C.vbi ō cri.agi opꝫ. adō ad ista ea q̄ posui. §.i isto tex. in materia priuilegiorū.

nouum est ius cõe traditũ obseruãtiã: ideo ipsius mẽtio est necessaria. ¶Preterea si p̃ rescriptũ reducimur ad ius cõe clarum est qđ nõ est opus cl'a nõ ob. q: ipsum ius nõ ob. ꝛ iõ cogitabimus qñ istud dictũ possit ꝟificari. ¶Quarta decima
7 conclusio. Nullus ⸗inferior a p̃ncipe põt apponere clausulam nõ obstante iure cõi ſm Bal. in l. rescripta. in. iij. col. ꝟſ. clausula nõ obstante. C. de p̃ci. impe. of. ꝛ. l. cũctos pp̃los. in lec. in. xiiij. col. ꝟ. iij. ꝓbatur. C. de sum. tri. facit gl. in. c. fi. de here. in. vi. de qua p̃ Ang. ꝛ Jmol. in l. nemo põt. ff. de le. j. dixi satis. ſ. eo. c. j. qđ legatus nõ tollit ordinẽ iudiciariũ. ꝛ facit qđ est dictũ. ſ. in. j. regula. in prima declaratione scđe fallẽtie ꝓbãdo qđ inferior a principe nõ apponit cl'am p̃ro expressis habẽtes. ¶Quinta decima cõclusio. Licet per cl'am nõ obstãte nõ augeat' gr'a cle. j. de p̃bẽ. tũ declarat' intẽtio circa cõcessum. Jta dicit formaliter Bal. in l. eã quã. l. xiij. col. ver. ſz pone. C. de fideicõ. qđ no. ad illã cle. de qua fecit lõgam mẽtionẽ reductis insimul pleriſqz dictis aureis ꝛ non tritis. in c. lz. de offi. ordi. ¶Sexta decima conclusio. Clausula derogatoria spãlis ꝺbet habere post se gñalẽ: pura nõ obstãte tali. l. vel quacũqz alia ſm Bal. i. l. vnica. ſ. fi. ad fi. C. de lati. liber. tol. p̃ illũ tex. in verbo taceat lex iulia. ꝛ si q̃ alia obſt. nec reperiet' alibi melio' istud formularium ſm Bal. ibi qui etiam reputat illũ tex. valde notabilẽ dñ dicit quãtũ in ea parte: q: ꝓbat q̃ cl'a reuocatoria legis vel statuti ⁊trarij reuocat eatenus quaten' repugnãtia reperiet' ꝛ nõ i alio: ꝛ sic lex vel statutum põt p̃ro parte valere ꝛ p̃ parte nõ: per illum tex. cuz gl. quã dicit esse singularẽ ꝛ mẽti tenendã: qđ etiam pulchre ponit Lud. ⁊sil. vij. in causa ꝟtente. ꝛ facit optime qđ ipse not. consi. cccxxij. in casu proposite. ver. his tñ non refragãtibus. ¶Decima septima cõclusio. Ubi princeps approbat factũ dãnatum requirit clausula nõ obstãte. Jdẽ si factum nõ est dãnatũ: sed est data ei forma vt reqrat hec cl'a. ita dicit bal. in extrauag. de pa. constan. in verbo libellarie. ꝟſ. illud etiaz. ¶Decima octaua ꝛ vltima ⁊clusio. Quecũqz dicta sunt de p̃sumpta volũtate pape in derogando iuri puto habere locum etiã in rescripto pape: qđ esset solũ cõtra ius ciuile ꝛ nõ cõtra ius canonicũ p. c. j. de op. no. nũ. cũ multis alijs que adduxi repetẽdo. c. ecclesia. ſ. ti. p̃ri. in. j. q. in p̃in. p̃ q̃ apparet q̃ non min' afficit' papa cõseruatiõe iuris ciuilis q̃ canonici. ꝛ hoc intellige nisi lex ciuilis explicite vel implicite esset cõtraria iuri canonico vel diuino: qz de tali. l. non curat papa. imo eã reprobat: vt fuit dictũ i. d. c. ecclesia. Et ex p̃dictis habes ordinatã ꝛ discussam istã materiã de clausula nõ obstãte[a] lõge opulẽti' q̃ per alios scribẽtes hic vel alibi. De qua vide etiã aliqd p̃ Jmo. i cle. dudũ. ſ. hmõi. in fi. de sepult. post Bal. de mõte laudano cui' ꝟba dicit ibi Jmo. esse modice vtilitatis: ideo nõ refero. Scias etiã q̃ si est narratũ q̃ aduersari' gaudet bñficio certi p̃uilegij ꝛ certi statuti ꝛ petitum est eam cõmitti nõ obstãtib' predictis: simplex signatura dicẽs talis audiatz iustitiã faciat non derogat illis. ita reperio scriptũ in apost. Alexã. in l. fi. C. si cõtra ius vel vtili. pub. alle. rotã decl. ccclxxvj. quam nõ reperio nec puto istud dictum procedere per ea que dixi in. c. super literis. in quarta regula. ſ. eo.

a ¶De clausula nõ obstate. ꝺ quaetiã vide. ꝺ. glex. ꝺ imo. in suo cõsil. xxvij. i. pte. ꝛ. ꝺ. fozi. ꝺſ. lxxxvi. icip. i cã cõitatis castri ꝟ. ij. p̃ bat' decã cõclusio. i. j. p. char. clxv.

28 **Alterius** tangũt hic Jo. an. ꝛ alij. Quid ⸗si rescubuit in cã p̃ncipali ꝛ appellat nũ quid in impetratione habebit' respect' ad diocesim suam in quo vide q̃ scribit hic Abb. ꝛ dic vt p̃ eũ: ꝛ faciunt q̃ ipse ponit in. c. dilecti. de exce. Et considera qđ si reus appellãs impetrat rescriptũ appellationis in loco distãte etiã a sua diocesi vltra duas dietas. certe p̃ dicta Abb. hic vꝫ q̃ rescriptũ valeat: qz non põt dici q̃ re' originalr trahat: ex quo sponte seipsum elõgat nec originalis actor põt cõqueri: ex quo p̃ro ꝑie non est re' ꝛ sic lz Abb. dicat q̃ potest impetrare vltra duas dietas a loco nõ remoto a sua diocesi: tñ eisdẽ rationibus videtur q̃ idem si locus esset remotus vltra duas dietas: ꝛ p̃ro dicto Jo. an. ꝛ opi. communi vide Cal. in disputatione que incipit statuto ciuitatis. in. iiij. col.

